uictoriam eius pugnę pr. dedit. papirius cursor. samnitium exercitu
quide[m] iureiurando obstrictus suo maiore constantia uirtu
tis [...]eralia pugnar& in aciem descenderat fudit. census actus est. lus
trum conditum. censa sunt ciuium capita cclxxii & cccxx. ex lib XI.

Cum fabius gurges cos. male aduersus samnites pugnass& & senatus
de remouendo eo ab exercitu ager& fabius maximus pater depreca
tus hanc filii ignominiam eo maxime senatum mouit quod iterum se fi
lio legatum pollicitus est idq; praestitit eius consiliis & opera filius con
sul adiutus caesis samnitibus triumphauit c. pontium imperatore samni
tium ductum in triumpho securi percussit. Cum pestilentia ciuitas la
borar& missi sunt legati ut aesculapi signum roma ab epidauro trans
ferrent anguem qui se in nauem eorum contulerat in quo ipsum nu
men esse constabat deportauerunt eoque in insulam tiberis egresso.
eodem loco aedis aesculapio constituta est. l. postumius consularis q
niam cum exercitui praeess& opera militum in agro suo usus erat damna
tus est. pacem petentib; foedus quarto renouatum est. curius dentatus
cos. samnitib; caesis & sabinis qui rebellauerant uictis & in deditionem
acceptis bis in eodem magistratu triumphauit. coloniae deductae sunt.
castrum sena hadria. trium uiri capitales tunc primum creati sunt. censu
acto lustrum conditum est. censa sunt ciuium capita cclxxii plebs ppt
aes alienum propter graues & longas seditiones ad ultimum secessit in
ianiculum unde a q. hortensio dictatore deducta est. isq; in ipso magistratu
decessit. res praeterea contra uulsinienses gestas contin& item aduersus
lucanos contra quos auxilium tyrrhenis ferre placuerat. ex lib XII

Cum legati romanorum a gallis senonibus interfecti essent bello ob id

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpl894/0147